Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

S[e]c[undu]m Matheum

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

tus et tactus. Quinqꝫ igitur
talentis donum quinqꝫ ſenſu
um id eſt exteriorum ſcientia
exprimitur. Duobus vero in/
tellectus ⁊ operatio deſignan
tur. Unius autẽ talenti noīe
intellectus tantummodo de/
ſignatur. Scd̃m Matheum

In illo tempore: Dixit
ieſus diſcipul' ſuis. Vi/
gilate quia neſcitis qua hora
dominus veſter venturus ſit.
Et reliqua. Omelia btī hye/
ronimi pſ.

Perſpicue oſten/
dit quare ſupra dixerit de die
autem illa nemo ſcit: neqꝫ fili
us hominis neqꝫ ãgeli niſi pr̄
ſolus quod nõ expediat ſcire
apoſtolis vt pendule expecta
tionis incerti ſemper eum cre
dant eſſe venturum quẽ igno
rant quando venturus ſit.

Et non dicit Lectio ſecũda.
quia neſcimus qua hora vẽtu
rus ſit dominus ſed neſcitis:
premiſſoqꝫ patrisfamilie exem
plo cur reticeat conſummatio
nis diem mãifeſtius docet di
cens Eſtote parati quia ne/
ſcitis qua hora filius homis
venturus ſit Tu autẽ domie.

Plenius inculcat Lectõ. iij.
⁊ replicat quare de die cõſum
mationis et hora nec angelos
nec ſe ſcire predixerit ſed ſoluꝫ
patrem ꝙ non expediat ſcire
apoſtolis. Exemplum patriſ/
fãilias eſt ſui ⁊ fidelium ſer/
uorum id eſt apoſtolorum ad
cohortationem ſollicite men/
tis interſerit: vt ſpe premiorũ
miniſtrent conſeruis in tem/
pore ſuo cibaria doctrinaruꝫ.
Tu autem dñe. Scd̃m lucaꝫ

In illo tempore: Dixit
ieſus diſcipul' ſuis Ne/
mo lucernaꝫ accendit ⁊ in ab/
ſcondito ponit: neqꝫ ſub mo/
dio. Et reliqua. Omelia ve/
nerabilis bede preſbyteri.

De ſeipſo dominus hoc lo/
quitur oſtendens: ⁊ ſi ſuã dixe
rit nullum generatõni neqꝫ ni
ſi ſignum ione danduꝫ nequa
ꝙ̄ tamen lucis ſue claritatem
fidelibus occultandam. Ipſe
quippe lucernaꝫ accendit qui
teſtam humane nature flãma
ſue diuinitatis impleuit. Tu
autem domie. Lectio ſecũda

Quam profecto lucernã nec
credentibus abſcondere: nec
modio ſupponere: hoc eſt ſub
menſura legis includere vl' in
tra vnius iudee gentis ter/
minos voluit cohibere. Sed
ſupra candelabrum inquit vt
qui ingrediuntur lumen vide
ant. Candelabrum eccleſiaꝫ
dicit cui lucernam ſuppoſuit:
quia in noſtris frontibus fi/
dem ſue incarnationis affixit
vt qui eccleſiam fideliter in/
gredi voluerint lumen verita
tis palam queant intueri. Tu
autẽ domine. Lectio tertia.